Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica III: beatus Iohannis episcopus: sermo in quadragesima de Moyse

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

nihilo non aliunde sed matre traxit ex
carne; alioquin· nec uere filius hominis
diceretur· qui originem non haberet
ex homine; Et nos igitur his contra euti
cen dictis· extollamus uocem cum ec
clesia catholica· cuius hęc mulier ty
pum gessit· extollamus et mentem de
medio turbarum· dicamusque saluatori.
beatus uenter qui te portauit· et ubera
quę suxisti. Vere enim beata parens·
quę sicut quidam ait· enixa est puerpe
ra regem· qui cęlum· terramque tenet
per secula cuius nomen et aeterno con
plectens omnia gyro· imperio sine
fine manet· quę uentre beato gaudia
matris habens· cum uirginitatis honore·
nec primam similem uisa est· nec habere
sequentem· at ille dixit; quin immo·
beati qui audiunt uerbum dei· et cus
todiunt; pulchre saluator· adtestatio
ni mulieris annuit· non eam tantum
modo quę uerbum dei corporaliter
generare meruerat· sed et omnes
qui idem uerbum spiritaliter auditu
fidei concipere· et boni operis custo
dia uel in suo· uel in proximorum cor
de parere· et quasi alere studuerint·
asseuerans esse beatos; Et quia et ea
dem dei genetrix et inde quidem beata
quia uerbi incarnandi ministra facta
est temporalis· sed inde multo beatior·
quia eiusdem semper amandi custos
manebat aeterna; qua sententia
sapientis iudęorum clam perit·
qui uerbum dei non audire et custodire
sed negare et blasphemare quaerebant;

DOMINICA III· IN QUADRAGESIMA SERMO
SANCTI IOHANNIS EPISCOPI DE MOYSE

Stabat moyses in monte· non armis sed
precibus pugnaturus; stabat extensis
ad cęlum manibus· deuoto orans affec
tu non de terra· sed de cęlo auxilium postu
labat; pugnat cum hostibus absens·
cum externis sine bello decertat· ut
quem loci diuersitas ab inimicis seiun
xerat· orationis effectus· bellatorem
presentem hostibus exhiberet; fit moy
se orante pugna occulta· sed mani
festa uictoria· latente dimicat· ut eui
denter deuincat; solus orat· ut multi sal
uentur; Stabat moyses in monte
iam proximus cęlo· iam uicinus side
ribus· et quanto eum sublimitas mon
tis extulerat· tanto oratio deo proximum
exhibebat; Fit moyse orante uictoria
cessante mestitia· potentior hostis
efficitur· iusti corpore fatigato desi
nit iste uincere moyse desistente
in prece· ut dum diuersa populis
exhibentur· orationis nobis po
tentia monstraretur; Denique

tam diu iſta diuersitas ualuit · quam diu iugis oratio defuit · Perſeuerante prece · perſeuerans uictoria roboratur · Iam geritur pugna cum hoste · iam amalech precibus debellatur · Commendatur hebreorum populus deo · quem hostilis inanitas prouocarat ad bellum · Oratio in ultionem inimici dirigitur · cuius scelera iam interitum prouocabant · nedum moysi oratio circa uictoriae effectus minus ualeret · inimici uirtus in populum dei potentior esset · non iam caeleste · sed humanum certamen ab omnibus putaretur · Quis enim iustorum non orando pugnauit · quis non hostem orando deuicit · Orationibus danihelis uisa panduntur · sopiuntur flammae · ferae hebescunt · cadunt hostes · inimici uincuntur · Quanto que enim purior frequentior que fuerit celebrata oratio · tanto celerior ueniet inimico uindicta · Licet conloqui cum deo orando · licet fabulari cum eo cum uelis · licet precibus mercari quod optas · & quamuis uocem eius audire non possis · tamen dum id quod desideras accipis · conloqui tecum · etsi non uerbis · tamen beneficiis dignatur ·

Et factum est inquit cum leuaret manus moyses preualebat israhel · ubi autem submiserat manus · inualescebat · amalech · Bellum xpianis indictum · hoc exemplo monstratur · & belli effectus · orationis instantia aperitur ·

Orat enim moyses & uincit · cessat et uincitur · Didicit xpianus quid gerat · inuenit quid fugiat; didicit inquam · unde aut uincatur aut uincat · Quamuis instantius xpiano orandum sit · quia & prelatior hostis est · et pro seipso · non pro altero pugnat · Moyses enim & contra hominem · & pro aliis orando pugnabat · xpianus uero & pro seipso · et contra diabolum pugnat · Nec quisquam poterit excusari · qui hostem uincere noluit · dum orando cessauit · Et tam in moyse corpus deficiebat · non uoluntas aliquando cessabat ·

Si ergo fragilitatis causa in moyse excusari non potuit · quemadmodum in nobis uoluntas poterit excusari ·

Unde apparet uires hosti illum dare qui cessat · & sese ei subicere qui non orat · quod totum est odisse sua · diligere aliena · sibi ipsum hostem existere · dum contra hostem nolit iugit exorare · Hostis enim dum oras premitur · dum cessas erigitur · Iniuriā nobis ñ numquā ab homine inlatā · inpatienter qd non licet ferimus · & maiorē contumeliā in illū qui intulit reuocamus · Tu contumeliā tuā aut tibi inlatā quomodo te

ipſum potueris uindicare · qui ab alio inlatam non poteſ ſuſtinere · Aut tu inter ultionem tui mandabis · cum contra te ipſum hoſtem erigis · dum eum inter non orando admittis · Oratio iugis · infirmitas hoſtis · Ceterum ipſe contra ſe tela miniſtrat · qui hoſtem precum inſtantia non fatigat · Quare orationis inſtantia · hoſtis ſeuitia debelletur · Non reſumat uires dum parcimus · non erigatur · dum aliquando ceſſamus · Oportet inquit ſemper orare et non deficere · Dum oportet dicit · neceſſitatem inducit · Neceſſitas autem tanta ui aſtringitur · ut quod neceſſe eſt · etiam ſi nolis preterire non poſſis ·

Denique manducandi · bibendi · ueſtiendi neceſſitas a natura inlata preteriri non poteſt · ſine quibus geri uita iſta non poterit · Aut pretermitte iſta & uiue · ſine quibus uiuere non poteſ ſi pretermittis · Igitur ſi iſta pretermitti non poſſunt · ſine quib; uita iſta n̄ poteſt celebrari · quemadmodū tutus ab hoſte eſſe poterit · qui quod oportet ſemper orare contempſit · Petite inquit dn̄s & dabitur uobis · Optat dare · qui precipit petere · beneficia ingerit · qui poſcendi hortamenta exprimit · Cupit largiri · qui a ſe deſiderat poſtulari · Ille ſuadet qui preſtat · ille hortatur qui donat · Occaſiones ille dandi exquirit · qui beneficia tribuere conſueuit · Petite inquit quod uultis & faciā · poſtulate quod deſideratis & compleam · Talem me ſentietis in dando · qualem nunc in promittendo conſpicitis · Magna felicitas homini · ſi beneficus reſponderit creatoris · habe fiduciam xpiane ut petas · pete quod deſideras ut accipias · ſi tamen te actus indignum non faciant · ſi facta quod uocaris oſtendant · Deus enim tibi & petendi fiduciam tribuit · & uoluntatem dandi ſe habere oſtendit · Ceterum ceſſant beneficia · ubi mala non ceſſauerint facta ·

Tunc enim tribuitur quod optatur · ſi bonos actus morum probitas imitetur ·

Ipſe ſe amabilem facit · qui cauſas quibus obſequatur inquirit · Ceterum odio dignus eſt · qui aliud quam profitetur exercet · Sed ſi peccatorem ſe quiſpiam nouit · damnet uitia · delicta horreat · peccare deſiſtat · Plus enim deus unius poenitentia commouetur · quam iuſtorum merito delectatur ·

Sic erit gaudium in caelo inquit ſuper uno peccatore poenitentiam agente · quam ſuper nonaginta nouem iuſtis · quibus non eſt opus penitentia · Nemo ad eum flens aliquando acceſſit · qui non quod poſtulauit accepit · Nullus ab eo beneficia dolenter optauit · qui non impetrauerit quod uoluit · Ipſe eſt

enim. qui consoletur. flenter. dolenter
curet. penitenter informet. detestare
peccata. si officia penitentis incedis. aut
si peccare delectat. quaere penitentiam quam
perfecteris infamat; contumaciae cri
men est quod oderis facere. quod damnare
uelle. quod horrueris exercere;
amare probatur. qui quod dicit exer
cet. & odisse uicissim. quod se amare
mentitur; Neque enim potest excusari.
cuius uerba aliud sonant. & aliud
facta demonstrant; doleat
peccator. aliud se esse quam fue
rat. lauet lacrimis. quod delictis
infecit. curet fletibus. quod peccando
uexauit; gemitibus purget. quod con
temnendo commisit; si penitet corrige.
si dolet quiesce. curet penitendo quod
fecit. ut possit recipere quod amisit;

LECT SCI EUANGELII SECUNDUM MATHEUM

In illo tempore. secessit ihs in partes tyri
& sidonis. & ecce mulier chananea
a finibus illis egressa clamauit dicens
ei. miserere mei dne filii dauid.

OMELIA UENERABILIS BEDE PRES BYTERI. DE EADEM LECTIONE.

IN lectione sci euangelii quae nob
modo lecta est fratres karissimi audiuimus
magnae mulieris fidem. patientiae con
stantiam & humilitatem. cuius eo
maius est admiranda mentis
deuotio. quo ipsa quidem ut puto legis
tis ac diuinorum eloquiorum fundi
tus fuerat sacrae doctrinis. nec ta
men illis quae eadem eloquia praedicant
est priuata uirtutibus; habet
namque magnae fidei perfectionem.
quae pietatem saluatoris implorans
ait; miserere mei dne fili dauid; cum eni
eundem dnm quem filium dauid appellat.
patet profecto. quia et uerum hunc homi
nem. uerum et credidit dm; cum pro filia
rogans. non illam secum adduxit.
non dominum ad eam uenire precatur. con
stat aptissime. quod eum uerbo sa
lutem posse dare confidit. cuius prae
sentiam corporis nulla requirit;
Sed & in hoc quod eum post multas
lacrimas tandem prostrata adorat
dicens. dne adiuua me. neque quem
sedem eius diuina maiestate ambiguam
docet. cuius adorandam ut dm dicit
esse potentiam; habet patientiae uir
tutem non exiguam. quae dno
ad primam petitionem eius non respon
dente uerbum. neque quam a precibus
cessat. sed ampliori instantia auxiliu
quod ceperat pietatis implorat;
respondere autem illi differt dns.
non quia misericors medicus mise
rorum preces despicit. de quo uera
cissime scriptum est.